tute tua iudica me. Deus exaudi oratiõẽ
meam: auribus percipe verba oris mei.
Quoniam alieni insurrexerũt aduersum me:
et fortes quesierũt animã meã: et nõ propo
suerũt deum ante conspectũ suũ. Ecce enim
deus adiuuat me: et dñs susceptor est ani
me mee. Auerte mala inimicis meis: in
veritate tua disperde illos. Voluntarie sa
crificabo tibi: et confitebor nomini tuo dñe
quoniam bonũ est. Quoniam ex omni tribulatione
eripuisti me: et super inimicos meos despe
xit ocu
lus meus. Auertit dominus captiuitatem

Victori in psalmis eru dicō david.

plebis sue. aii. Intende in me. Gloria.

54 21 Exaudi deus orationē meā. et ne desp
exeris deprecationē meā: intende michi
et exaudi me. Contristatus sum in exercita
tione mea: et conturbatus sum a voce inimi
ci et a tribulatione peccatoris. Quoniam declina
uerūt in me iniquitates: et in ira molesti erant
michi. Cor meū conturbatū est in me: et
formido mortis cecidit super me. Timor
et tremor venerunt sup me: et contexerunt
me tenebre. Et dixi. quis dabit michi pen
nas sicut columbe: et volabo et requiescā.
Ecce elongaui fugiens: et mansi in solitu
dine. Expectabā eum qui saluū me fecit:
a pusillanimitate spiritus et tempestate.
Precipita dne diuide linguas eorū: quoniam
vidi iniquitatē et contradictionē in ciuitate.
Die ac nocte circūdabit eam super muros
eius iniquitas: et labor in medio eius et iniu
sticia. Et non defecit de plateis eius: usura

et dolus Quoniam si inimicus meus ma
ledixisset michi: sustinuissem utique Et si is
qui oderat me super me magna locutus fu
isset: abscondissem me forsitan ab eo Tu
vero homo unanimis: dux meus et notus
meus Qui simul mecum dulces capiebas
cibos: in domo dei ambulavimus cum con
sensu Veniat mors super illos: et descendant
in infernum viventes Quoniam nequicie in ha
bitaculis eorum: in medio eorum Ego autem
ad deum clamavi: et dominus salvabit me Ve
spere et mane et meridie narrabo et annun
ciabo: et exaudiet vocem meam Redimet in
pace animam meam ab his qui appropinquant
michi: quoniam inter multos erant mecum Ex
audiet deus et humiliabit illos: qui est an
te secula Non enim est illis commutatio. et
non timuerunt deum: extendit manum suam
in retribuendo Contaminaverunt testa
mentum eius. divisi sunt ab ira vultus eius:
et appropinquavit cor illius Molliti sunt
sermones eius super oleum: et ipsi sunt iacula.

Iacta sup dnm curam tuā et ipse te enutri-
et: non dabit in eternū fluctuationem iusto.
Tu vero deus: deduces eos ī puteū interitus.
Uiri sanguinū et dolosi non dimidiabūt
dies suos: ego aūt sperabo in te domine. ps.

Victori pro columba muta. eo q procul abierit david humilis et simplex. qn tenuerūt eum philistei in geth.

55 B. Miserere mei
deus quoꝫ
conculcavit me homo: tota die impugn-
ans tribulavit me. Conculcaverunt me
inimici mei tota die: quoꝫ multi bellantes
adversum me. Ab altitudine diei timebo:
ego vero in te sperabo. In deo laudabo ser-
mones meos: in deo speravi non timebo qd
faciat michi caro. Tota die verba mea ex-
ecrabantur: adversum me omnes cogita-
tiones eorū in malū. Inhabitabūt et ab-
scondent: ipsi calcaneū meū observabunt.
Sicut sustinuerūt animā meā pro nich-
ilo salvos facies illos: in ira populos con-
fringes. Deus vitam meā annūciavi ti-
bi: posuisti lacrimas meas in conspectu tuo.
Sicut et in promissione tua: nunc conu-

tentur inimici mei retrorsum In quacūq;
die invocavero te: ecce cognovi quoniam
deus meus es In deo laudabo verbū, in do
mino laudabo sermonē: in deo speravi non
timebo quid faciat michi homo In me st
deus vota tua: que reddam laudatiōes tibi.
Quoꝫ eripuisti animā meā de morte, et
pedes meos de lapsu: ut placeam corā deo
in lumine viventiū. ps. Ad victoriā ne disperdas da
uid miktam. q̄n fugit a facie
saul regis isrl' in speluncam.

Miserere mei deus · 46.
miserere mei: quoꝫ in te confidit aīa · 19
mea Et in umbra alarū tuarū sperabo: do
nec transeat iniquitas Clamabo ad deum
altissimū: deum qui benefecit michi Misit
de celo et liberavit me: dedit in obprobriū
conculcantes me Misit deus misericordi
am suam et veritatem suam, et eripuit ani
mam meā de medio catulorū leonū: dormivi
cõturbatꝰ Filij hominū dentes eorū arma
et sagitte: et lingua eorū gladius acutꝰ Ex
altare super celos deus: et in omnē terrā glo
ria tua Laqueum paraverūt pedibꝰ meis:

et incurvaverūt animā meā Foderunt
ante faciem meam foveam: et inciderūt in
eam Paratū cor meū deus paratū cor meū:
cantabo et psalmū dicam Exurge gloria
mea exurge psalteriū et cythara: exurgā di-
luculo Confitebor tibi in populis domine:
et psalmū dicā tibi in gentib9 Quonȝ mag
nificata est usqȝ ad celos mīa tua: et usqȝ ad
nubes veritas tua Exaltare super celos
deus: et sup omnē terram gloria tua. Añ.

Intende anime et exaudi me domine. Iuste

Si vere utiqȝ iusticiā Iudicate. Euouae.

Victori ut non disperdas david humilē et simplicē.

loquimini: recte iudicate filij hominū Et-
enim in corde iniqtates operamini in terra: in-
iusticias manus vestre concinnant Alienati
sunt peccatores a vulua, erraverūt ab utero:
locuti sunt falsa Furor illis secundū simili-
tudinē serpentis: sicut aspidis surde et obturā-
tis aures suas Que non exaudiet vocem

incan

incantantiũ: et venefica incantantis sapien
ter. Deus conteret dentes eorũ in ore ipsorũ:
molas leonũ confringet dñs. Ad nichilũ
devenient tanquam aqua decurrens: intendit
arcũ suũ donec infirmentur. Sicut cera que
fluit auferentur: supercecidit ignis et nõ vi
derunt solem. Priusq̃ intelligerent spine vre
ramnũ: sicut viventes sic in ira absorbet eos.
Letabitur iustus cum viderit vindictam:
man9 suas lavabit in sanguine pctoris. Et
dicet homo si utiq3 est fructus iusto: utiq3 est
deus iudicans eos in terra.

ps. Victori ut nõ disperdas david humilẽ et simplicẽ. qñ misit saul et custodierũt domũ ad occidendũ eũ. 58.

20.

Eripe me de inimicis meis deus meus: et ab insurgẽ
tibus in me libera me. Eripe me de operantib9
iniqtatem: et de viris sanguinũ salva me.
Quia ecce ceperunt animã meã: irruerunt
in me fortes. Neq3 iniqtas mea neq3 pctm meũ
dñe: sine iniquitate cucurri et direxi. Ex
urge in occursum meũ et vide: et tu dñe deus
virtutũ deus israhel. Intende ad visitandas
omnes gentes: non miserearis omnib9 qui

operantur iniquitatem. Convertentur ad vesperam.
et famem patientur ut canes: et circuibunt
civitatem. Ecce loquentur in ore suo. et gladius
in labiis eorum: quoniam quis audivit. Et tu do
mine deridebis eos: ad nichilum deduces om
nes gentes. Fortitudinem meam ad te cu
stodiam. quia deus susceptor meus: deus meus
misericordia eius preveniet me. Deus ostendit mi
super inimicos meos. ne occidas eos: nequando
obliviscantur populi mei. Disperge illos in
virtute tua: et depone eos protector meus do
mine. Delictum oris eorum sermonem labiorum
ipsorum: et comprehendantur in superbia sua. Et de
execratione et mendacio annunciabuntur
in consummatione: in ira consummationis et non
erunt. Et scient quia deus dominabitur iacob:
et finium terre. Convertentur ad vesperam. et fam
em patientur ut canes: et circuibunt civitatem.
Ipsi dispergentur ad manducandum: si vero
non fuerint saturati et murmurabunt. Ego
autem cantabo fortitudinem tuam: et exaltabo
mane misericordiam tuam. Quia factus es su

susceptor meus et refugium meum: in die tri
bulacionis mee. Adiutor meus tibi psallam.
quia deus susceptor meus es: deus meus misericordia mea. an.

Iuste iudicate filii hominum. post pasca an. Alleluia

Capit. Vigilate. V. Deus vitam meam: nunciavi tibi. R. Posuisti lacrimas meas: in conspectu tuo.

alleluia alleluia. Ad laudes an.

Dele domine iniquitatem meam. ps. Miserere. an.

Salutare vultus mei deus meus. ps. Iudica me.

Quoniam in te confidit anima mea. ps. Miserere mei 3. an.

Cunctis diebus vite nostre saluos nos fac
domine. Can. Ego dixi. an. Omnes angeli eius
laudate dominum de celis. ps. Laudate.

Cap. Nox precessit. R. breve. Benedicat.

Hymnus.

Ales diei nuntius. lucē ppinquā p̄cinit. nos excitator mentiū. iam christus ad vitā vocat.
Auferte clamat lectulos. egro sopore desides. castiq; recte ac sobrie. vigilate iam sum pxim⁹.
Iesum ciam⁹ vocib⁹. flentes p̄cantes sobrie. intenta supplicatio. dormire cor mundū vetat.
Tu christe sommū discute. tu rumpe nr̄a vincla. tu solue petm̄ vetus. nouumq; lumen ingere.
Deo patri sit glia. ℣. Repleti sumus mane. Ad bnd. añ.
Erexit dominus nobis cornu salutis in domo dauid pueri sui. Euouae.
Feria Quarta Ad Matutinas Inuitatoriū.
In manu tua dn̄e. Omnes fines ṫre. ps. Venite.
Rerū creator optime. rectorq; nr̄ aspice. ymnus

nos a quiete noxia. mersos sopore libera.
Te sancte christe poscimus. ignosce tu criminibus. ad confitendum surgimus. morasque noctis rumpimus. Mentes manusque tollimus. propheta sicut noximus. nobis gerendum precipit. paulusque gestis censuit. Uide malum quod gessimus. occulta nostra pandimus. preces gementes fundimus. dimitte quod peccavimus. Presta pater piissime. In primo nocturno.

Da nobis domine. Euouae. ps pa ra ps. Alleluia. Euouae.

Victori, pro liliis testimonii humilisque perfecti david ad docendum. quando pugnavit adversus syriam mesopotamie soba: et reversus est ioab. et percussit edom in valle salinarum duodecim milia.

Deus repulisti nos et destruxisti nos: iratus es et misertus es nobis. Commovisti terram et conturbasti eam: sana contritiones eius quia commota est. Ostendisti populo tuo dura: potasti nos vino compunctionis. Dedisti metuentibus te significationem: ut fugiant a facie arcus. Ut liberentur dilecti tui: salvum

49

B

fac dextera tua et exaudi me Deus locutus
est in sancto suo. letabor et partibor sichimam:
et convallem tabernaculorum metibor Meus
est galaad et meus est manasses: et effraim
fortitudo capitis mei Iuda rex meus: moab
olla spei mee In idumeam extendam cal
ciamentum meum: michi alienigene subditi sunt
Quis deducet me in civitatem munitam: quis
deducet me usque in idumeam Nonne tu deus
qui repulisti nos: et non egredieris deus in vir
tutibus nostris Da nobis auxilium de tribulatio
ne: quia vana salus hominis In deo facie
mus virtutem: et ipse ad nichilum deducet
tribulantes nos. ps. Ad victoriam super organum psalmus david.
60. 8 Exaudi deus deprecationem meam: inten
de orationi mee A finibus terre ad te cla
mavi: dum anxiaretur cor meum in petra exal
tasti me Deduxisti me quia factus es spes
mea: turris fortitudinis a facie inimici In
habitabo in tabernaculo tuo in secula: prote
gar in velamento alarum tuarum Quoniam tu deus
meus exaudisti orationem meam: dedisti heredi

tatem timentib9 nomen tuū Dies super
dies regis adiicies: annos eius usqz in diem
generationis et generacōis Permanet in
eternū in conspectu dei: misericordiā et verita
tem eius quis requiret Sic psalmū dicam
nōi tuo i sclm scli: ut reddā vota mea de die in
diem.

Ant. Da nobis domine auxilium de tribu
latione. ant. Nonne deo. Euouae.

In victoriā sup idutum psalm9 david.

Nonne deo subiecta erit anima mea: ps. 61
ab ipso enim salutare meū Nam et
ipse deus meus et salutaris meus: susceptor
meus nō movebor amplius Quousqz irrui
tis in hominē. interficitis universi vos: tanqz
parieti inclinato et macerie depulse Verum
tamen precium meum cogitaverūt repellere.
cucurri in siti: ore suo benedicebāt et corde
suo maledicebāt Verumtamen deo subiecta
esto anima mea: quoñ ab ipso paciencia mea.
Quia ipse deus meus et salvator meus:

adiutor meus non emigrabo In deo salutare
meum et gloria mea: deus auxilij mei et spes
mea in deo est Sperate in eo omnis congrega-
gatio populi. effundite corā illo corda vrā:
deus adiutor noster in eternū Verumtamen
vani filij hoīm. mendaces filij hominū in sta-
teris: ut decipiant ipsi de vanitate in idipsū.
Nolite sperare in iniquitate. et rapinas noli
te concupiscere: diuitie si affluant nolite cor
apponere Semel locutus est deus duo hec au
diui. quia potestas dei est et tibi dñe mīa: qr
tu reddes vnicuiqz iuxta opa sua. ps. Ps david cū esset ī deserto iudee
62. 10. Deus deus meus: ad te de luce vi
gilo Sitiuit in te anima mea: quam
multipliciter tibi caro mea In terra deserta &
inuia et inaquosa. sic in sancto apparui tibi:
ut viderem virtutem tuā et gloriam tuam.
Quoniā melior est misericordia tua sup vitas:
labia mea laudabūt te. Sic benedicam te
in vita mea: et in nomine tuo leuabo manus
meas Sicut adipe et pinguedine repleatur
anima mea: et labijs exultationis laudabit

os meū. Si memor fui tui sup stratū meū,
in matutinis meditabor in te: quia fuisti ad
iutor meus. Et in velamento alarū tuarū
exultabo, adhesit anima mea post te: me susce
pit dextera tua. Ipsi vero in vanū quesierunt
animā meā, introibūt in inferiora terre: tra
dent̄ in manus gladii ptes vulpiū erunt. Rex .90.
vero letabitur in deo, laudabunt̄ omēs qui iu .91
rant in eo: qr obstructū est os loquētiū iniqua.
Exaudi deus orationem ps. Victori canticum david. .63.
meam cū deprecor: a timore inimici eripe .II.
animam meam. Protexisti me a conventu
malignantium: a multitudine opantium
iniqtatem. Quia exacuerūt ut gladiū ling
uas suas, intenderunt arcum rem amaram:
ut sagittent in occultis immaculatū. Subito
sagittabūt eum et non timebūt: firmaverūt
sibi sermonē nequam. Narraverūt ut abscō
derent laqueos: dixerunt quis videbit eos.
Scrutati sunt iniqtates: defecerūt scrutan
tes scrutinio. Accedet homo ad cor altum: et
exaltabit̄ deus. Sagitte parvulorū facte sunt

plage eorũ: et infirmate sunt contra eos lin
gue eorũ Conturbati sunt omnes qui vide
bant eos: et timuit omnis homo Et an
nunciauerũt opera dei: et facta eius intellex
erũt Letabitur iustus in dño, et sperabit in
eo: et laudabuntur omnes recti corde. Victori psalmus dauid cantici.
64. Te decet ymnus deus in syon: et ti ps.
19. bi reddetur votũ in ierusalẽ Exaudi
oracionem meam: ad te omnis caro veniet.
Verba iniquorũ preualuerũt sup nos: et
impietatibus nris tu propiciaberis Beatus
quem elegisti et assumpsisti: inhabitabit in
atrijs tuis Replebimur in bonis domus tue:
sanctum est templum tuum mirabile in equitate.
Exaudi nos deus salutaris noster: spes
omnium finium terre et in mari longe Pre
parans montes in virtute tua, accinctus po
tentia: qui conturbas profundũ maris sonum
fluctuũ eius Turbabuntur gentes et time
bunt, qui habitant terminos a signis tuis:
exitus matutini et vespere delectabis Visita
sti terram et inebriasti eam: multiplicasti locu

pletare eam. Flumen dei repletum est aquis:
parasti cibum illorũ quoniam ita est preparatio eius.
Rivos eius inebria, multiplica genimina
eius: in stillicidijs eius letabitur germinans.
Benedices corone anni benignitatis tue: et
campi tui replebuntur ubertate. Pinguescent
speciosa deserti: et exultatione colles accingentur.
Induti sunt arietes oviũ, et valles habun-
dabunt frumento: clamabunt etenim ymnum dicent.
Iubilate deo omnis terra, ps: Victori cãti cũ psalmi. 64
psalmũ dicite nomini eius: date gloriã 19
laudi eius. Dicite deo quã terribilia sunt
opera tua domine: in multitudine virtutis tue
mentientur tibi inimici tui. Omnis terra ado-
ret te et psallat tibi: psalmũ dicat nomini tuo.
Venite et videte opera dei: terribilis in consilijs
super filios hominum. Qui convertit mare in ari-
dam, in flumine pertransibunt pede: ibi letabimur
in ipso. Qui dominatur in virtute sua in eternũ,
oculi eius super gentes respiciunt: qui exasperant
nõ exaltentur in semetipsis. Benedicite gentes
deũ nostrũ: et auditam facite vocem laudis

eius. Qui posuit animã meã ad vitã: et nõ
dedit in cõmotionẽ pedes meos. Quõ ꝓbasti
nos deus: igne nos examinasti sicut examinatur
argentũ. Induxisti nos in laqueũ. posuisti
tribulationes in dorso nr̃o: imposuisti hoĩes
sup capita nostra. Transiuimꝰ p ignẽ et
aquã: et eduxisti nos in refrigerium. Intro
ibo in domũ tuã in holocaustis: reddã tibi
vota mea que distinxerũt labia mea. Et lo
cutũ est os meũ: in tribulatione mea. Holo
causta medullata offeram tibi cum incenso
arietũ: offeram tibi boves cũ hircis. Veni
te audite et narrabo omnes qui timetis deũ:
quanta fecit anime mee. Ad ipsũ ore meo
clamavi: et exultavi sub lingua mea. Iniq
tatẽ si aspexi in corde meo: non exaudiet dñs.
Propterea exaudivit deus: et attendit vo
ci deprecationis mee. Benedictus deus: qui
non amovit orationem meam et misericor
diam suam a me. Gloria patri et filio: Añ.
Nonne deo subiecta erit anima mea. ps.

Deus misereatur nostri [Victori in psalmis canticum carminis.] .66.
et benedicat nobis: illuminet vultum 6
suum super nos et misereatur nostri Ut cogno
scamus in terra viam tuam: in omnibus gen
tibus salutare tuum Confiteantur tibi populi
deus: confiteantur tibi populi omnes Leten
tur et exultent gentes. quoniam iudicas populos
in equitate: et gentes in terra dirigis Con
fiteantur tibi populi deus, confiteantur tibi populi
omnes: terra dedit fructum suum Benedicat
nos deus deus noster. benedicat nos deus: et
metuant eum omnes fines terre.

Exurgat deus et [Victori david psalmus cantici.] In ecclesiis. .67.
dissipentur inimici eius: 38
et fugiant qui oderunt eum a fa
cie eius Sicut deficit fumus de Euouae.
ficiant: sicut fluit cera a facie ignis sic pere
ant peccatores a facie dei Et iusti epulentur
et exultent in conspectu dei: et delectentur in le
ticia Cantate deo psalmum dicite nomini
eius. iter facite ei qui ascendit super occasum:
dominus nomen illi Exultate in conspectu eius:

Dñs regnavit fol. 82

turbabuntur a facie eius patris orphano
rum et iudicis viduarum. Deus in loco sancto
suo: deus qui inhabitare facit unius mo
ris in domo. Qui educit vinctos in forti
tudine: similiter eos qui exasperant qui
habitant in sepulchris. Deus cum egredi
eris in conspectu populi tui: cum pertransieris
in deserto. Terra mota est etenim celi di
stillaverunt a facie dei synai: a facie dei israel.
Pluviam voluntariam segregabis deus he
reditati tue. et infirmata est: tu vero perfecisti
eam. Animalia tua habitabunt in ea: pa
rasti in dulcedine tua pauperi deus. Domi
nus dabit verbum evangelizantibus: virtute
multa. Rex virtutum dilecti dilecti: et
speciei domus dividere spolia. Si dormia
tis inter medios cleros penne columbe dear
gentate: et posteriora dorsi eius in pallore
auri. Dum discernit celestis reges super
eam nive dealbabuntur in selmon: mons dei
mons pinguis. Mons coagulatus mons
pinguis: ut quid suspicamini montes co

agulatos Mons in quo beneplacitū est
deo habitare in eo: etenim dn̄s habitabit in
finem Currus dei decem milib⁹ mltiplex
milia letanciū: dn̄s in eis in synai in sancto
Ascendisti in altū, cepisti captiuitatē: acce
pisti dona in homib⁹ Etenī nō credentes:
inhabitare dn̄m deū Gloria patri. Diuisio.
Benedictus dn̄s die quotidie: ꝓsperum
iter faciet nobis deus salutariū no
strorum Deus noster deus saluos facien
di: et dn̄i dn̄i exitus mortis Verumta
men deus confringet capita inimicorum
suorū: verticē capilli ꝑambulanciū in deli
ctis suis Dixit dn̄s ex basan cōuertā: con
uertā in profundū maris Ut intinguatur
pes tuus in sanguine: lingua canū tuor
ex inimicis ab ipso Viderunt ingressus
tuos deus: ingressus dei mei regis mei qui ē
in sancto Preuenerūt principes coniūcti
psallentib⁹: in medio iuuencularū tympa
nistriarū In ecclesijs benedicite deo: dn̄o
de fontib⁹ israhel Ibi beniamin adolescen

celus: in mentis excessu Principes iuda duces eorum: principes zabulon et princi pes neptalim Manda deus virtuti tue: confirma deus hoc quod operatus es in nobis A templo tuo in ierusalem: tibi offerent reges munera Increpa feras arundinis. congre gatio taurorum in vaccis populorum: ut exclu dant eos qui probati sunt argento Dissipa gentes que bella volunt. venient legati ex egypto: ethyopia preveniet manus eius deo Regna terre cantate deo: psallite domino Psallite deo: qui ascendit super celum celi ad orientem Ecce dabit voci sue vocem virtutis. date gloriam deo super israhel: magnificen tia eius et virtus eius in nubibus Mirabi lis deus in sanctis suis. deus israel ipse dabit virtutem et fortitudinem plebi sue: benedictus deus. an.

In ecclesijs benedicite dominum. ℣. Deus: in loco sancto suo. ℟. Deus qui inhabitare facit: unanimes in domo. post pasca an.

Alleluia alleluia alleluia.

In Secundo Nocturno an.



Querite dnm. Euouae. p9 pa sca. Alleluia. Euouae.



Saluũ me fac ps Victori pro lilijs dauid. 68.

deus: quoniã intrauerũt aque 82.
usqz ad animã meã Infixus
sum in limo profundi: et nõ
est substantia Ueni in alti
tudinem maris: et tempestas dimersit me.
Laboraui clamans rauce facte sunt fau
ces mee: defecerunt oculi mei dum spero in deũ
meũ Multiplicati sunt sup capillos capitis
mei: qui oderunt me gratis Confortati sũt
qui psecuti sunt me inimici mei iniuste: que
non rapui tunc exoluebã Deus tu scis insi
pientiã meã: et delicta mea a te nõ sunt abs
condita Non erubescant in me qui expectãt
te dñe: domine virtutũ Non confundantur
super me: qui querunt te deus israhel Quoniã
pter te sustinui obprobriũ: operuit confu
sio faciem meã Extraneus factus sum fra
tribus meis: et pegrinus filijs matris mee.
Quoniã zelus domus tue comedit me: et



obprobria exprobrantium tibi ceciderunt super
me. Et operui in ieiunio animam meam: et
68. factum est in obprobrium michi. Et posui ve
92 stimentum meum cilicium: et factus sum illis in
parabolam. Adversum me loquebantur qui
sedebant in porta: et in me psallebant qui bibe
bant vinum. Ego vero orationem meam ad te
domine: tempus beneplaciti deus. In multitu
dine misericordie tue exaudi me: in verita
te salutis tue. Eripe me de luto ut non infi
gar: libera me ab his qui oderunt me et de pro
fundis aquarum. Non me demergat tempe
stas aque, neque absorbeat me profundum: neque
urgeat super me puteus os suum. Divisio.
Exaudi me domine quoniam benigna est miseri
cordia tua: secundum multitudinem miserationum
tuarum respice in me. Et ne avertas faciem
tuam a puero tuo: quoniam tribulor velociter ex
audi me. Intende anime mee et libera eam:
propter inimicos meos eripe me. Tu scis im
properium meum et confusionem meam: et reveren
tiam meam. In conspectu tuo sunt omnes

qui tribulant me: improperiū expectauit
cor meū et miseriā. Et sustinui qui simul
cōtristaretur et nō fuit: et qui cōsolaretur & nō
inueni. Et dederunt in escam meā fel: et i
siti mea potauerūt me aceto. Fiat mensa
eorū coram ipsis in laqueū: et in retributio
nes et in scandalū. Obscurentur oculi eorū
ne videant: et dorsum eorū semp incurua.
Effunde super eos iram tuā: et furor ire
tue cōprehendat eos. Fiat habitacio eorū
deserta: et in tabernaculis eorū nō sit qui
inhabitet. Quoniā quē tu percussisti persecuti
sunt: et super dolorē vulnerū meorū addide
runt. Appone iniquitatē super iniquitatē eorū:
et non intrent in iusticiā tuā. Deleantur de
libro viuentiū: et cū iustis nō scribantur. Ego
sum paup et dolens: salus tua deus suscepit
me. Laudabo nomen dei cū cantico: et ma
gnificabo eū in laude. Et placebit deo super
vitulū nouellū: cornua producentē & vngu
las. Videant paupes et letentur: querite deū
et viuet anima vr̄a. Quoniā exaudiuit pau

pereſ dn̄s: et vinctos ſuos non deſpexit.
Laudent illū celi et terra: mare et omnia
reptilia in eis. Quoniā deus ſaluam faciet
ſyō: et edificabuntur ciuitates iude. Et
inhabitabunt ibi: et hereditate acquirent
eam. Et ſemen ſeruorū eius poſſidebit eā:
et qui diligūt nomē eius hītabūt ī ea. aña.

Querite dominū et viuet anima veſtra. aña.

69 Deus in adiutorium. Domine. Euouae. Victori dauid ad recordandum.

A Deus in adiutorium meū intende: dn̄e ad adiuuandū me
feſtina. Confundantur et reuereantur: qui q-
runt animam meā. Auertantur retrorſum
et erubeſcant: qui volunt michi mala. Auer-
tantur ſtatim erubeſcentes: q dicunt michi
euge euge. Exultent et letentur in te omnes
qui querunt te: et dicant ſemper magnificet
dn̄s: qui diligunt ſalutare tuū. Ego vero
egenus et pauper ſum: deus adiuua me.
Adiutor meus et liberator meus es tu: dn̄e ne
moreris.

In te domine speravi non Psalmus 70
confundar in eternum: in iustitia tua 26
libera me et eripe me. Inclina ad me aurem
tuam: et salva me. Esto michi in deum prot-
ectorem et in locum munitum: ut salvum me faci-
as. Quoniam firmamentum meum: et refugium
meum es tu. Deus meus eripe me de manu
peccatoris: et de manu contra legem agentis et
iniqui. Quoniam tu es patientia mea domine: domine
spes mea a iuventute mea. In te confirma-
tus sum ex utero: de ventre matris mee tu es
protector meus. In te cantatio mea semper:
tanquam prodigium factus sum multis et tu
adiutor fortis. Repleatur os meum laude:
ut cantem gloriam tuam tota die magnitudinem
tuam. Ne proiicias me in tempore senectutis:
cum defecerit virtus mea ne derelinquas me.
Quia dixerunt inimici mei michi: et qui
custodiebant animam meam consilium fecerunt
in unum. Dicentes deus dereliquit eum persequi-
mini et comprehendite eum: quia non est qui eripiat.
Deus ne elongeris a me: deus meus in auxilium

iutorium meum respice Confundant᷑ et defi
ciant detrahentes anime mee: opiant᷑ con
fusione et pudore qui querũt mala michi
Ego autem semp sperabo: et adiciã sup
omnẽ laudem tuam Os meũ annũciabit
iusticiã tuã: tota die salutare tuũ Quõ nõ
cognovi litteraturã. introibo in potentias
domini: dñe memorabor iusticie tue solius.
Deus docuisti me ex iuventute mea et usq
nunc: pronunciabo mirabilia tua Et usq
in senectã et seniũ: deus ne derelinquas me.
Donec annunciem brachium tuũ: genera
cioni omni que ventura est Potenciã tuã
et iusticiã tuã deus usq in altissima que fe
cisti magnalia: deus quis simil' tibi Quan
tas ostendisti michi tribulationes multas
et malas. et conversus vivificasti me: et de ab
yssis terre iterũ reduxisti me Multiplicasti
magnificenciam tuã: et conversus consolatus
es me Nam et ego confitebor tibi in vasis
psalmi veritatẽ tuã deus: psallam tibi in
cithara sanctus israhel Exultabũt la

bia mea cũ cantauero tibi: et anima mea
quã redemisti. Sed et lingua mea tota die
meditabit̃ iusticiam tuã: cum confusi et re
ueriti fuerint qui querunt mala michi. aã.

Domine deus in adiutorium meũ intende. aã.

Deus iudi- In Salomonem. ps. 71
cium tuũ Deus iudiciũ. Euouae. 20
regi da: et iusticiã tuam filio regis. Iudica
re populũ tuũ in iusticia: et pauperes tuos
in iudicio. Suscipiant montes pacẽ pplo:
et colles iusticiã. Iudicabit pauperes ppli.
et saluos faciet filios pauperum: et humilia
bit calumniatorẽ. Et permanebit cum sole
et ante lunã: in generatione et generationẽ.
Descendet sicut pluuia in vellus: et sicut
stillicidia stillancia sup terram. Orietur in
diebus eius iusticia et habundancia pacis:
donec auferat̃ luna. Et dominabitur a ma
ri vsq; ad mare: et a flumine vsq; ad terminos
orbis terrar. Coram illo procident ethiopes:

et inimici eius terram lingent. Reges thar-
sis et insule munera offerent: reges arabū
et saba dona adducent. Et adorabūt eum
omnes reges: omnes gentes servient ei.
Quia liberabit pauperē a potente: et pau-
perem cui nō erat adiutor. Parcet pauperi et
inopi: et animas pauperū salvas faciet. Ex
usuris et iniquitate redimet animas eorum:
11 20 et honorabile nomē eorū coram illo. Et vi-
vet et dabitur ei de auro arabie. et adorabūt
de ipō semper: tota die benedicēt ei. Et erit fir-
mamentum in terra in summis montium.
superextollet super libanū fructus eius: et flo-
rebunt de civitate sicut fenū terre. Sit nomē
eius benedictū in secula: ante solem permanet
nomen eius. Et benedicentur in ipō omnes
tribus terre: omnes gentes magnificabūt
eum. Benedictus dns deus isrl: qui facit mi-
rabilia solus. Et bndictū nomē maiesta-
tis eius in eternū: et replebitur maiestate ei9
12 omnis terra fiat fiat. Complete sūt orōnes david filii ysai.
Canticum Asaph.
28 Quam bonus israhel deus: his qui recto

sunt corde. Mei autem pene moti sunt pedes:
pene effusi sunt gressus mei. Quia zelavi
super iniquos: pacem peccatorum videns. Quia
non est respectus morti eorum: et firmamentum
in plaga eorum. In labore hominum non sunt: et
cum hominibus non flagellabuntur. Ideo tenu
it eos superbia: operti sunt iniquitate et
impietate sua. Prodiit quasi ex adipe ini
quitas eorum: transierunt in affectum cordis.
Cogitaverunt et locuti sunt nequitiam:
iniquitatem in excelso locuti sunt. Posuerunt
in celum os suum: et lingua eorum transivit in
terra. Ideo convertetur populus meus hic: et dies
pleni invenientur in eis. Et dixerunt quomodo
scit deus: et si est sciencia in excelso. Ecce ipsi
peccatores et habundantes in seculo: obtinuerunt
divitias. Et dixi. ergo sine causa iustifica
vi cor meum: et lavi inter innocentes manus
meas. Et fui flagellatus tota die: et castiga
tio mea in matutinis. Si dicebam narrabo
sic: ecce nationem filiorum tuorum reprobavi. Et
existimabam ut cognoscerem: hoc labor est ante

me. Donec intrem in sanctuariũ dei: et in
telligam in nouissimis eorũ. Verumtamẽ
ꝓpter dolos posuisti eis: deiecisti eos dum al
leuarentur. Quomõ facti sunt in desolationẽ:
subito defecerunt perierũt ꝓpter iniq̄tatẽ suã.
Velut sompnium surgentiũ: dñe in ciuitate
tua ymaginẽ ipsorũ ad nichilũ rediges. Quia
inflãmatũ est cor meũ. et renes mei commuta
ti sunt: et ego ad nichilũ redactus sum et ne
sciui. Vt iumentũ factus sum apud te: et
ego semꝑ tecũ. Tenuisti manũ dexterã meã.
et in voluntate tua deduxisti me: et cũ glia
suscepisti me. Quid enĩ michi est in celo: et a
te quid volui super terrã. Defecit caro mea
et cor meũ: deus cordis mei et pars mea de
in eternũ. Quia ecce q̃ elongant se a te peri
bunt: ꝑdidisti omnẽs qui fornicantur abs te.
Michi autẽ adherere deo bonũ est: ponere
in domino deo spem meã. Vt annunciem oẽs
ꝑdicationẽs tuas: in portis filie syon. añ.

Deus iudiciũ tuũ regi da. post pasca añ. Alleluia

alleluia alleluia. Cap. Vigilate. ℣. Gaudebunt labia mea: du[m] cantavero tibi. ℟. Et anima mea: qua[m] redemisti.

Ad laudes. Aña.

Amplius lava me domine ab iniustitia mea. ps. Miserere. añ. A timore inimici eripe domine animam meam. ps. Exaudi 2m. añ. Te decet ymnus deus in syon. ps. Ipsum. añ. Dominus iudicabit fines terre. Lañ. Exultavit. añ. Celi celorum laudate deum. ps. Laudate.

Cap. Nox precessit. ℟ breve. Benedicat.

hymnus. Nox et tenebre et nubila confusa mundi et turbida. lux intrat albescat polus. christus venit discedite. Caligo terre scinditur percussa solis spiculo. rebusque

tam color redit. vultu nitentis syderis Te christe solū novimus. te mente pura et simplici. flendo canendo quesumus. intende nris sensibꝰ. Sunt multa fucis illita. que luce purgentur tua. tu lux eoy syderis. vultu sereno illumina. Deo patri sit gloria. ℣. Repleti sumus mane. Ad bndictꝰ añ.

De manu omniū qui nos oderūt libera nos domine. Euouae.

Feria Quinta Ad matutinas Inuitatorium.

Dominū q fecit nos. Venite adoremꝰ. ps. Venite.

Hymnus

Nox atra rerū contegit. terre colores omniū. nos confitentes poscimꝰ te iuste iudex cordiū. Ut auferas piacula. sordesqz mentis abluas. donesqz christe gratiam. ut arceantur crimina. Mens ecce torpet impia. quā culpa mordet noxia. obscura gestit tollere. et te redemptor querere. Repelle tu caliginē. intrinsecꝰ quā maxime. ut

in beato gaudeat se collocari lumine Presta pr
pyssime. patriqz cōpar unice. In primo noct. ant.
ant. p. pasca.

Liberasti virgā. Euouae. Alleluia. Euouae.

Ut quid deus ps. Erudicio asaph. A3. 29.
repulisti in finem: iratus
est furor tuus super oves
pascue tue Memor esto
congregationis tue: quā
possedisti ab inicio Rede
misti virgam hereditatis tue: mons syon in
quo habitasti in eo Leva manus tuas in su
pbias eorū in finem: quanta malignatus est
inimicus in sancto Et gloriati sunt qui o
derunt te: in medio solemnitatis tue Posu
erunt signa sua signa: et nō cognouerūt sic
in exitu super summū Quasi in silua lignorū
securibus exciderūt ianuas eius in idipsum: in secu
ri et ascia deiecerūt eam Incenderūt igni
sanctuariū tuū in terra: polluerūt taberna
culū nominis tui Dixerunt in corde suo cog
natio eorū simul: quiescere faciamus omnes

dies festos dei a terra Signa nrā nō vidi
mus. iam nō est ꝓpheta: et nos nō cogno
scet amplius Usqȝ quo deus improperabit
inimic⁹: irritat adversarius nomē tuū in
finem Ut quid avertis manū tuā et dexterā
tuā: de medio sinu tuo in finē Deus autē
rex noster ante secula: operat⁹ est salutē in me
dio terre Tu cōfirmasti in virtute tua mare:
cōtribulasti capita draconū in aquis Tu
confregisti capita draconis: dedisti eū escam
ꝑplis ethiopū Tu dirupisti fontes et torrē
tes: tu siccasti fluvios ethan Tuus est di
es et tua est nox: tu fabricat⁹ es auroram
et solem Tu fecisti omēs terminos terre:
estatē et ver tu plasmasti ea Memor esto
huj⁹ inimic⁹ improperavit dnō: et ꝓplus in
sipiens incitavit nomē tuū Ne tradas be
stijs aīas cōfitentes tibi: et aīas pauperū
tuorū ne obliviscaris in finē Respice i te
stamentū tuū: quia repleti sunt qui obscu
rati sunt terre domib⁹ iniquitatū Ne aver
tatur humilis factus cōfusus: pauper et

inops laudabunt nomē tuū Exurge de⁹
iudica causam tuā: memor esto improperio͛
tuorū eorū que ab insipiente sunt tota die
Ne obliuiscaris voces inimicorū tuorum:
supbia eor̄ q̄ te oderūt ascendit semper. ps.
Confitebimur tibi deus cō (Victori non disperdas psalm⁹ asaph cantici.) 74
fitebimur: et inuocabim⁹
nomen tuū Narrabim⁹ mirabilia tua: 10
cū accepero temp⁹ ego iusticias iudicabo Li
quefacta est terra et omnes q̄ habitāt in ea:
ego cōfirmaui columnas eius Dixi iniq̄s
nolite inique agere: et delinquentib⁹ nolite
exaltare cornu Nolite extollere in altū cor
nu vrm̄: nolite loqui aduersus deū iniq̄tatē.
Quia neq3 ab oriente neq3 ab occidente. neq3
a desertis montib⁹: quoniā deus iudex est Hunc
humiliat et hunc exaltat: quia calix in ma
nu dn̄i vini meri plen⁹ mixto Et inclinauit
ex hoc in hoc: veruntamē fex ei⁹ nō est exina
nita: bibent omēs pctores tre Ego aūt ānū
ciabo in sclm̄: cātabo deo iacob Et oīa cornua
pctor̄ cōfringā: et exaltabunt̄ cornua iusti.

Liberasti virgam hereditatis tue.

Victori in carminibus ad assyrios psalmus asaph cantici.

19 Notus in iudea deus: in israhel mag-
12 num nomen eius. Et factus est in pa-
ce locus eius: et habitatio eius in syon. Ibi
confregit potentias: arcum scutum gladium et
bellum. Illuminans tu mirabiliter a mon-
tibus eternis: turbati sunt omnes insipien-
tes corde. Dormierunt somnum suum: et ni-
chil invenerunt omnes viri divitiarum in ma-
nibus suis. Ab increpatione tua deus iacob:
dormitaverunt qui ascenderunt equos. Tu
terribilis es et quis resistet tibi: ex tunc ira
tua. De celo auditum fecisti iudicium: terra tre-
muit et quievit. Cum exurgeret in iudicium
deus: ut salvos faceret omnes mansuetos
terre. Quoniam cogitatio hominis confitebitur tibi: et
reliquie cogitationis diem festum agent tibi.
Vovete et reddite domino deo vestro: omnes qui in
circuitu eius affertis munera. Terribili et ei
qui aufert spiritum principum: terribili apud reges terre.

Voce ant. Tu es deus. Euouae. Victori super iditum psalmus asaph. 16. 20

Voce mea ad
dominum clamavi: voce mea ad deum et inten-
dit michi. In die tribulationis mee deum exqui-
sivi manibus meis nocte contra eum: et non sum
deceptus. Renuit consolari anima mea. me-
mor fui dei et delectatus sum et exercitatus
sum: et defecit spiritus meus. Anticipave-
runt vigilias oculi mei: turbatus sum et
non sum locutus. Cogitavi dies antiquos:
et annos eternos in mente habui. Et medi-
tatus sum nocte cum corde meo: et exercitabar
et scopebam spiritum meum. Numquid in eternum
proiciet deus: et non apponet ut complacitior sit
adhuc. Aut in finem misericordiam suam ab-
scindet: a generatione in generationem. Aut oblivi-
scetur misereri deus: aut continebit in ira sua mi-
sericordias suas. Et dixi nunc cepi: hec mu-
tatio dextere excelsi. Memor fui operum domini:
quia memor ero ab initio mirabilium tuorum.
Et meditabor in omnibus operibus tuis: et in
adinventionibus tuis exercebor. Deus in sancto

16

16
105

via tua. quis deus magnus sicut deus nr̃:
tu es deus qui facis mirabilia. Notam fe
cisti in populis virtutẽ tuã: redemisti ĩ brach
io tuo ppl̃m tuũ filios iacob et ioseph. Vi
derũt te aque deus, viderũt te aque et timue
rũt: et turbate sunt abyssi. Multitudo so
nit⁹ aquarũ: vocem dederunt nubes. Etenim
sagitte tue transeunt: vox tonitrui tui in
rota. Illuxerũt coruscatiões tue orbi terre:
cõmota est et contremuit terra. In mari via
tua. et semite tue in aquis multis: et vesti
gia tua nõ cognoscẽt. Deduxisti sicut oves
ppl̃m tuũ: in manu moysi et aaron. Aña.

Tu es deus qui facis mirabilia. Aña. Inclina

Attendite.

Ppl̃e mi͡s te aurẽ vram. Euouae. Erudicio. Alaph. ps.

11
18

Attendite popule me⁹ legem meã: inclinate aurẽ vram in verba
oris mei. Aperiã in parabolis os meũ: loqr
ppositiões ab inicio. Quanta audivim⁹ et
cognovim⁹ ea: et pr̃es nr̃i narraverũt nobis.

Non sunt occultata a filijs eorum: in generati
one altera Narrantes laudes domini et virtutes
eius: et mirabilia eius que fecit Et suscitavit
testimonium in iacob: et legem posuit in israel.
Quanta mandavit patribus nostris nota facere
ea filijs suis: ut cognoscat generatio altera.
Filij qui nascentur et exurgent: et narrabunt
filijs suis Ut ponant in deo spem suam. et
non obliviscantur operum dei: et mandata eius
exquirant Ne fiant sicut patres eorum: gener
atio prava et exasperans Generatio que non
direxit cor suum: et non est creditus cum deo spiritus
eius Filij effrem intendentes et mittentes
arcum: conversi sunt in die belli Non custodi
erunt testamentum dei: et in lege eius noluerunt
ambulare Et obliti sunt benefactorum eius:
et mirabilium eius que ostendit eis Coram pa
tribus eorum fecit mirabilia in terra egipti: in
campo taneos Interrupit mare et perduxit
eos: et statuit aquas quasi in utrem Et de
duxit eos in nube diei: et tota nocte in illu
minatione ignis Interrupit petram in he

remo: et adaquauit eos velut in abysso
multa. Et eduxit aquā de petra: et deduxit
tanq̄ flumina aquas. Et apposuerūt ad
huc peccare ei: in iram excitauerūt excelsum
in inaquoso. Et temptauerūt deū in cordi
bus suis: ut peterēt escas animab⁹ suis. Et
male locuti sunt de deo: dixerūt numq̄d pote
rit deus parare mensam in deserto. Quoniā p
cussit petram et fluxerūt aque: et torrētes
inundauerūt. Numq̄d et panē poterit dare:
aut parare mensam p̄plo suo. Ideo audiuit
dn̄s et distulit, et ignis accensus est i iacob:
et ira ascendit in israhel. Quia nō crediderūt
in deo: nec sperauerūt in salutari eius. Et
mandauit nubib⁹ desup: et ianuas celi ape
ruit. Et pluit illis manna ad manducā
dū: et panem celi dedit eis. Panem angl'or
manducauit homo: cibaria misit eis in
habundantia. Transtulit austrū de celo:
et induxit in virtute sua affricū. Et pluit
sup eos sicut puluerē carnes: et sicut arenā
maris volatilia pennata. Et ceciderūt in

medio castrorū eorū: circa tabernacula eoꝝ
Et manducauerūt et saturati sunt nimis,
et desideriū eorū attulit eis: nō sunt fraudati
a desiderio suo Adhuc esce eorū erant in ore
ipsoꝝ: et ira dei ascendit sup eos Et occidit
pingues eorū: et electos israhel impediuit.
In omnibꝰ his peccauerūt adhuc: et nō credi
derūt in mirabilibꝰ eius Et defecerūt in ua
nitate dies eorū: et anni eorū cū festinatiōe
Cum occideret eos querebāt eū: et reuertebāt
et diluculo ueniebāt ad eū Et rememorati
sunt quia deus adiutor est eorū: et deus excel
sus redemptor eorū est Gloria patri. Diuisio.
ET dilexerūt eū in ore suo: et lingua sua
mentiti sunt ei Cor autē ipsoꝝ nō erat
rectū cū eo: nec fideles habiti sunt in testamē
to eius Ipse autē est misericors, et propicius
fiet peccatis eorū: et nō disperdet eos Et habun
dauit ut auerteret irā suā: et nō accendit om
nem irā suā Et recordatꝰ est quia caro
sunt: spiritus uadens et non rediens Quo
ciens exacerbauerūt deū in deserto: in ira con

irritauerūt eū in inaquoso Et conuersi sunt
et temptauerūt deum: et sctm israhel exacer
bauerūt Non sunt recordati manus eius:
die qua redemit eos de manu tribulantis.
Sicut posuit in egipto signa sua: et pdigia
sua in campo taneos Et conuertit in sangui
nem flumina eorū: et ymbres eorꝝ ne bibe
rent Misit in eos cinomiā et comedit eos:
et ranam et disperdidit eos Et dedit erugi
ni fructus eorū: et labores eorū locuste Et
occidit in grandine vineas eorū: et moros
eorꝝ in pruina Et tradidit grandini iume
ta eorū: et possessiōes eorū igni Misit in
eos iram indignatiōis sue, indignationē
et iram et tribulationē: immissiones p ange
los malos Viam fecit semite ire sue, non
pepcit a morte aīarū eorū: et iumenta eorꝝ
in morte conclusit Et pcussit omne pmo
genitū in terra egipti: primicias omnis la
boris eorū in tabernaculis cham Et abstu
lit sicut oues ppłm suū: et pduxit eos tā
quam gregem in deserto Et deduxit eos in

spe et nō timuerūt: et inimicos eoꝝ operuit
mare Et induxit eos in montē sanctificatio
nis sue: montē quem acquisiuit dextera eius
Et eiecit a facie eorū gentes: et sorte diuisit
eis terram in funiculo distributiōis Et ha
bitare fecit in tabernaculis eorū: tribꝰ isrl
Et temptauerūt et exacerbauerūt deū ex
celsum: et testimonia eius nō custodierunt
Et auerterūt se et nō seruauerūt pactum:
quemadmodū prēs eorū conuersi sunt ī arcū
prauū In ira concitauerūt eū in collibus
suis: et in sculptilibꝰ suis ad emulationē
eū prouocauerunt Audiuit deus et spreuit:
et ad nichilū redegit valde israhel Et repu
lit tabernaculū sylo: tabernaculū suū vbi
habitauit in hominibꝰ Et tradidit in cap
tiuitatē virtutē eorū: et pulchritudinē eoꝝ
in manꝰ inimici Et cōclusit in gladio po
pulū suū: et hereditatē suam spreuit Iuue
nes eorū comedit ignis: et virgines eorum
non sunt lamentate Sacerdotes eorū in
gladio ceciderūt: et vidue eoꝝ nō plorabāt

Et excitatus est tanquam dormiens dominus: tanquam potens crapulatus a vino. Et percussit inimicos suos in posteriora: obprobrium sempiternum dedit illis. Et repulit tabernaculum ioseph: et tribum effraym non elegit. Sed elegit tribum iuda: montem syon quem dilexit. Et edificavit sicut unicornis sanctificium suum: in terra quam fundavit in secula. Et elegit david servum suum. et sustulit eum de gregibus ovium: de post fetantes accepit eum. Pascere iacob servum suum: et israhel hereditatem suam. Et pavit eos in innocentia cordis sui: et in intellectibus manuum suarum deduxit eos.

Inclinate aurem vestram in verba oris mei.

Ant. Propicius esto. Euouae. ps. Ad Canticum Asaph.

78
79 Deus venerunt gentes in hereditatem tuam. polluerunt templum sanctum tuum: posuerunt ierusalem in pomorum custodiam. Posuerunt morticina servorum tuorum escas vo-

latilibꝯ celi: carnes sctōꝝ tuoꝝ bestijs terre.
Effuderūt sanguinē ipsoꝝ tanq̄ aquā in
circuitu ierlm: et nō erat qui sepeliret Facti
sumꝯ obprobriū vicinis nrīs: subsannatio
et illusio his qui in circuitu nrō sunt Usq̄
quo dn̄e irasceris in finem: accendet̄ velut ig-
nis zelus tuus Effunde iram tuā in gentes
que te nō nouerūt: et in regna que nomē tu-
um nō inuocauerūt Quia comederūt iacob:
et locū eius desolauerūt Ne memineris in-
iquitatū nrāꝝ antiquarū. cito anticipent nos
misericordie tue: quia pauperes facti sumꝯ nimis
Adiuua nos deus salutaris noster. et ꝑpter
gloriam nominis tui dn̄e libera nos: et ꝑpicius
esto pctīs nrīs ꝑpter nomē tuū Ne forte dic-
ant in gentibꝯ vbi est deus eorū: et innotescat
in nationibꝯ corā oculis nrīs Ultio sang-
uinis seruorū tuorū qui effusus est: introe-
at in conspectu tuo gemitꝯ compeditoꝝ Se-
cundū magnitudinē brachij tui: posside fi-
lios mortificatorū Et redde vicinis nrīs
septuplū in sinu eoꝝ: improperium ipsoꝝ qd̄

exprobrauerunt tibi domine. Nos autem populus
tuus et oues pascue tue: confitebimur tibi
in seculum. In generatione et generationem:
annunciabimus laudem tuam. Alleluia. Ant.
post pasca

Propicius esto peccatis nostris domine. Ant.

Alleluia alleluia alleluia.

V. Deus: in sancto via tua.
R. Quis deus magnus: sicut deus noster.

In secundo nocturno ant.

Exultate deo. Euouae. post pasca Alleluia. Euouae.

Ad victoriam super lilia testimonium asaph psalmus.

79
20
Qui regis israel
intende: qui deducis velut o-
uem ioseph. Qui sedes super
cherubim: manifestare coram
effraim beniamin et manas-
se. Excita potentiam tuam et veni: ut saluos
facias nos. Deus conuerte nos: et ostende
faciem tuam et salui erimus. Domine deus v-
irtutum: quousque irasceris super orationem serui tui.
Cibabis nos pane lacrimarum: et potum

dabis nobis in lacrimis in mensura. Posu
isti nos in contradictionem vicinis nostris: et ini
mici nostri subsannaverunt nos. Deus virtutum
converte nos: et ostende faciem tuam et salvi erimus.
Vineam de egipto transtulisti: eiecisti gen
tes et plantasti eam. Dux itineris fuisti in
conspectu eius: et plantasti radices eius et im
plevit terram. Operuit montes umbra eius: et
arbusta eius cedros dei. Extendit palmites
suos usque ad mare: et usque ad flumen propagines
eius. Ut quid destruxisti maceriam eius: et vin
demiant eam omnes qui pretergrediuntur viam.
Exterminavit eam aper de silva: et singu
laris ferus depastus est eam. Deus virtutum
convertere, respice de celo et vide: et visita vineam
istam. Et perfice eam quam plantavit dextera
tua: et super filium quem confirmasti tibi. In
censa igni et suffossa: ab increpatione vultus
tui peribunt. Fiat manus tua super virum dextere
tue: et super filium hominis quem confirmasti ti
Et non discedimus a te: vivificabis nos et
nomen tuum invocabimus. Domine deus vir

tuum converte nos: et ostende faciem tuam
et salui erimus Gloria. ps. Victori in torcularibus Asaph.
80 15 Exultate deo adiutori nostro: iubi
late deo iacob Sumite psalmum
et date timpanum: psalterium iocundum cum
cithara Buccinate in neomenia tuba: in in
signi die solemnitatis vestre Quia preceptum in
israel est: et iudicium deo iacob Testimonium in
ioseph posuit illud cum exiret de terra egipti:
linguam quam non noverat audivit Diver
tit ab oneribus dorsum eius: manus eius in
cophino servierunt In tribulatione invo
casti me et liberavi te: exaudivi te in abscon
dito tempestatis: probavi te apud aquam
contradictionis Audi populus meus et con
stabor te: israhel si me audieris non erit in te
deus recens: neque adorabis deum alienum.
Ego enim sum dominus deus tuus qui eduxi
te de terra egipti: dilata os tuum et implebo
illud Et non audivit populus meus vocem
meam: et israel non intendit michi Et dimisi
eos secundum desideria cordis eorum: ibunt in adin

uentionibus suis. Si populus meus audis-
set me: israel si in vijs meis ambulasset. Pro
nichilo forsitan inimicos eorum humiliassem:
et super tribulantes eos misissem manum meam.
Inimici domini mentiti sunt ei: et erit tempus
eorum in secula. Et cibavit illos ex adipe fru-
menti: et de petra melle saturavit eos. Ant.
Exultate deo adiutori nostro. Ant. Tu solus altis-
Deus stetit in si- Psalmus Asaph. 81
nagoga deorum: simus. Feria iiii. 8
in medio autem deos diiudicat. Usquequo iu-
dicatis iniquitatem: et facies peccatorum sumitis.
Iudicate egeno et pupillo: humilem et pau-
perem iustificate. Eripite pauperem: et egenum
de manu peccatoris liberate. Nescierunt neque intel-
lexerunt in tenebris ambulant: movebuntur
omnia fundamenta terre. Ego dixi dij estis:
et filij excelsi omnes. Vos autem sicut homi-
nes moriemini: et sicut unus de principibus cade-
tis. Surge deus iudica terram: quoniam tu heredi-

tabis in omnibus gentibus. ps. Canticum psalmi asaph.
82 Deus quis similis erit tibi: ne taceas
IA neque compescaris deus. Quoniam ecce inimi
ci tui sonuerunt: et qui oderunt te extulerunt ca
put. Super populum tuum malignauerunt consi
lium: et cogitauerunt aduersus sanctos tuos.
Dixerunt uenite et disperdamus eos de gen
te: et non memoretur nomen israel ultra. Quoniam
cogitauerunt unanimiter: simul aduersum
te testamentum disposuerunt tabernacula ydu
meorum et ismahelite. Moab et agareni ge
bal et amon et amalech: alienigene cum ha
bitantibus tyrum. Etenim assur uenit cum illis:
facti sunt in adiutorium filijs loth. Fac illis
sicut madian et sysare: sicut iabin in torrente
cyson. Disperierunt in endor: facti sunt ut
stercus terre. Pone principes eorum sicut oreb:
et zeb et zebee et salmana. Omnes principes
eorum: qui dixerunt hereditate possideamus
sanctuarium dei. Deus meus pone illos ut rotam:
et sicut stipulam ante faciem uenti. Sicut
ignis qui comburit siluam: et sicut flamma

comburens montes. Ita persequeris illos in
tempestate tua: et in ira tua turbabis eos.
Imple facies eorum ignominia: et querent
nomen tuum domine. Erubescant et conturbentur
in seculum seculi: et confundantur et pereant. Et
cognoscant quia nomen tibi dominus: tu solus
altissimus in omni terra. Gloria patri. Antiphona.

Tu solus altissimus super omnem terram. Antiphona.

Benedixisti domine. Euouae.

Ad victoriam haguitit filiorum chore psalmus.

Quam dilecta tabernacula tua domine 83
virtutum: concupiscit et deficit anima B.
mea in atria domini. Cor meum et caro mea: ex 98
ultaverunt in deum vivum. Etenim passer inve 91
nit sibi domum: et turtur nidum sibi ubi repo
nat pullos suos. Altaria tua domine virtutum:
rex meus et deus meus. Beati qui habitant
in domo tua domine: in secula seculorum laudab
unt te. Beatus vir cuius est auxilium abs te:
ascensiones in corde suo disposuit in valle

lacrimarū: in loco quem posuit Etenim
benedictionem dabit legislator, ibunt de
virtute in virtutē: videbit deus deorū i syon
Domine deus virtutū exaudi orationem
meam: auribus percipe deus iacob Protec
tor noster aspice deus: et respice in faciem
christi tui Quia melior est dies una in a
triis tuis: super milia Elegi abiectus es
se in domo dei mei: magis quam habitare
in tabernaculis pctōr Quia misericordi
am et veritatē diligit deus: gratiam et glo
riam dabit dns Non privabit bonis eos
qui ambulant in innocentia: dne virtutū
beatus homo qui sperat in te. Victorū filiorum chore canticum.
84 19 Benedixisti dne terram tuam: avertisti
captivitatē iacob Remisisti iniqui
tatem plebis tue: operuisti omnia pcta eorū.
Mitigasti omnē iram tuā: avertisti ab ira
indignationis tue Converte nos deus sa
lutaris noster: et averte iram tuā a nobis.
Numquid in eternū irasceris nobis: aut
extendes iram tuā a generatione in gnātionē.

Deus tu conversus vivificabis nos: et plebs tua letabitur in te. Ostende nobis domine misericordiam tuam: et salutare tuum da nobis. Audiam quid loquatur in me dominus deus: quoniam loquetur pacem in plebem suam. Et super sanctos suos: et in eos qui convertuntur ad cor. Verumtamen prope timentes eum salutare ipsius: ut inhabitet gloria in terra nostra. Misericordia et veritas obviaverunt sibi: iusticia et pax osculate sunt. Veritas de terra orta est: et iusticia de celo prospexit. Etenim dominus dabit benignitatem: et terra nostra dabit fructum suum. Iusticia ante eum ambulabit: et ponet in via gressus suos. ant.

